



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

4. Difficultatis propositæ aliorum solutiones reiectæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

ter providentia constitui solummodo potest) nisi ea scientia media praecedat.

8. Denique pura haec comitantia scientia mediae sine directione, & antecedentia ad electionem medij in providentia perfectissima impugnatur, & confirmatur nostra communis conclusio. Etenim, quicunque creatus, & prudens provisor eorum quae serio intendit, & quibus ut eveniant, exacte vult providere, antequam media eligat, & ad eorum absolutam existentiam de medijs provideat, quid sub eis futurum absolute sit, nec solum quid ex eis esse possit, sagaci, &, studiosa industria, & diligentia coniectatur: nec prius media eligit, nec postea alia, sed ea, sub quibus, si adhibeantur, certius, securiusque intra coniecturam tamen, & probabiliter quam solum potest) eventum fore conditionate praevidet: nec ea eligeret, si certior notitia de eventu conditionate futuro sub eis vel alijs medijs se habiturum speraret, priusquam hanc etiam adquireret ac praehaberet: ergo ad perfectam mediorum ad serio tota qua intendi licetate potest) intentum finem absolute obtinendum electionem, exactamque providentiam scientia de futuratione conditionata (quam certa ab intendente & ita exacte providente haberi possit) debet natura praecedere, atque medij electionem illam dirigere: ergo & in Deo contingentem nostrum eventum ita serio intendentem, & exactissime de eius absoluta futuratione providentem scientia media certa, & infallibilis de eius conditionata futuratione sub medio eligendo debet antecedere eius electionem, ad eamque dirigere, nec sola simplex intelligentia de possibilitate eius sub medio illo ad electionem eius & providentiam hanc sufficit. Exemplum scientia solum comitantis, ut sunt foeminae de aspectu, & affectu amasi impudico, si Templum sacri audiendi causa adeat, vt decernit & re aduersionem non esse potius & nostra. Siquidem, vt eius eventus non ignora sed sciens, prudenter templum adire absolute dicatur, eius voluntatem determinatam, ac deliberatam debet non comitati solum sed praecedere. Non quidem vt quid ad voluntatem aduendi templum inducens, & dirigens: scilicet enim ex ea scientia aduendo templum peccaret, sed, vt quid ab eo templi aditu retrahens, quod ad deliberandum de aduendo templum vel domi manendo debet praecedere non minus quam scientia ad templum aduendum inducens vt patet: siquidem utraque scientia libertatem voluntatis in actu primo, atque indifferentem potestatem ad vtrumvis, vel manendum domi, vel templum aduendum constituit: quare libertatem, ac deliberatam voluntatis determinationem aduendi templum, qua talem antecedit: ac proinde nec ignoramus, sed scientem, ac praeficiam eventus illius templi aduelli foemina absolute & merito, dicitur, quia immerito ita diceretur, si determinationem determinatam, ac libertatem templum aduendi non praecederet, sed comitante solum eventus illius scientia conditionata ac subinde parum materialiter, se ad illam haberet: quare exemplum hoc ex re, & conclusione nostra est, non aduersionem: siquidem ad libertatem determinationis aduendi templum, cui solum inferuire potest, debet scientia occurrere, & affectus pravi Amasi ex parte actus primi praecedere, tamen ad physicum determinationis inducendum a qua retrahit potius ex parte actus primi non praecedat, sed comitetur: scientia autem media eventus providendi sub eligendo medio, si adhibeatur inductum de se ad medij electionem est, nec alio titulo in exactissimo, & perfectissimo eventus provisorio, nisi qua inductiva ad eam electionem, eiusque infirmitatem est requiri potest, ad inductionem autem ad medij illius electionem debet abs dubio ad illam naturam praecedere, atque ex parte actus primi supponi: qua praecedentia foelusa comitante adesse provisorio Deo ad eiusmodi electionem, perfectamque, & exactissimam de eventus providentiam, nec citius, nec magis, quam reliquorum omnium scientia, & attributa reliqua Deo, qua Deo, non autem, qua perfectio provisorio, debet adesse.

CERTAMEN IV.

Difficultati propositae aliorum solutiones rejectae.

1. Difficultatibus contra nostram hanc, & communem ceterorum conclusionem appositis respondent plures, nec indolenti Recentiores: principium remotum, nec immediatè inductivum, & influxivum in actum libertatem, & potestatem voluntatis proximam, & absolute talem ad vtrumvis non constituere: quare ex eius principij remoti determinatione ad vnum, & infallibili connexionem cum illo eiusque impossibilitate cum extremo altero, nullatenus principij proximi indifferentiam, ac subinde neque actus, seu eventus libertatem everti: quare principij remoti ita connexi cum actu exclusionem ex parte actus primi ad absolutam potentiam, & actus, libertatem nullatenus requiri. Decretum autem electivum, & collativum medij, seu auxilij regularum per scientiam mediam, ex quorum conjunctione cum absoluta medij illius positione actus necessario, est futurus, & eius omittio impossibilis, remotum principium est, & scientia media, qua regulatur, adhuc remotius, & quorum neutrum influxivum in actum, cui ex remotis suis locis, & signis conueniunt: sola siquidem potentia cum medio, seu auxilio indifferenti de se principium influxivum in actum illum adaequatum, & totale est: quare nec decretum regularum ea scientia, nec scientia ipsa potentia, & actus libertati absolute officiant, nec ad eam constituendam, seruandamque pro natura priori ad actum debent exclusi supponi. Huius solutionis fundamentum ita disseci controu. 4. de volunt. d. 6. quaest. 2. certam. 2. à num. 3. vt ostiosè prius nunc à fundamento solutionem hanc confutarem: vsque adeo hebetiores alij Recentiores, quorum pressio (honoris causa) nomine meminimus ibidem certam. 3. num. 7. post med. principium, & causam remotam à causalitate effectus remoti, ac subinde à potentia, absolute tali, causandi effectum illum remouent: vt causam per accidens solum, vt musicam in edificatore ad edificandum, effectus illius esse velint, & impertinenter se ad illum habere: quare causa, & potestatis proxima nihilo posse, siue remota causa, & principium adit, siue absit immutare, sed iudem hanc, & plane paradoxam doctrinam relegui ibidem num. 8. Tertio alij ad principia extrinseca voluntati operaturae (cuiusmodi decretum absolute electivum & collativum medij de se indifferentis, ac scientia media illud regulans sunt) quare eius libertati officere proinde nequeunt, recurrunt, & hoc confutauit certamine 4. num. 6. estque Thomisticae Dominicae praefinitionis, ac praedeterminationis, & creatae libertatis concordia, ac tentata ab eis prima solutio, sicuti, & alia Recentium Murcianorum pro suis Suaristicis praefinitionibus, (qua praesenti difficultati aptari facillimè potest, & ex connexionem ipsa intrinseca, & physica praefinitionis (& idem est coniuncti de decreto regulato per scientiam mediam, scientiaque ipsa, & purificatione conditionis) principij cum effectu libero delamitur ratione cuius connexionis ab effectu ipso libero tam praefinitio, quam coniunctum illud in sui existentia physice dependeat, tanquam à necessario connexionis termino: quare nec eius libertati quam supponit possit officere. Hoc etiam disseci ibidem numero septimo, & certamine 3. numero tertio.

2. Quinto alij recentissime respondent: absolutam purificationem, & existentiam conditionis, mediue indifferentis illius à decreto illo regulato per scientiam mediam, quare neque à scientia media, determinate non pendere: cum ex alio, aliisque decretis purificatis, apponitur, & in se existere absolute possit, & aequè, atque ex hoc regulato per scientiam mediam absolute existens, & appositum medium illud, seu conditio est: inde,

inde, inquit, medij eius absoluta existentia & purificatio à quovis eorum decretorum determinatè præcedit: quorum subinde nullum determinatè præcedit absolutam conditionis, seu medij, & euentus existentiam: quare & conditionis, seu medij illius absoluta existentia, & appositione ipsa nusquam bene, ac rectè decretum ex eis alterum determinatè inferitur: ac proinde quatenus ad actum liberum per se absolute medium illud præcedit à decreto regulato per scientiam mediam atque ab ea scientia, quibus determinatè eius absoluta existentia non conueniunt, minimè procedit: inde neque actus, seu euentus liber ab eo medio proueniens: atque adeo, nec decretum illud actus pro natura priori supponit, quem subinde potest adquirere, & medium illud, à quo per se causatur, & procedit, ab eo decreto regulato per scientiam mediam determinatè proueniat: non autem (ut possit) proueniat à decreto per scientiam aliam regulato. Nihil præstat solutio: solum enim probat per se, id est essentialiter, tangam illud ab eo decreto scientia media regulato, tangam à principio sui unico, & essentiali ad suam absolutam existentiam, in suo absoluto esse non pendere: non autem de facto verè, & absolute tangam à sui absoluta causa pro priori natura absolute existente non pendere in sua absoluta existentia pro posteriori natura de facto absolute ponenda, cum ex eo solo decreto ita regulato medium apponitur, & pro vteriori alio posteriori actus ab eo proueniens: inde vero tota oritur difficultas coniungendi cum coniuncto illo pro natura priori, & antecedenter, etiam non essentialiter, de facto tamen, & absolute posito, connexo cum euentu seu actu atque cum eius omissione impossibilem, omissionem: quare & omittendi (sine qua libertas ad actum illum esse nequit) potestatem, ac rursus: quomodo decretum illud ita regulatum possit per actum, ad quem vtpotè effectum suum (esto remotum, quod parui refert ut dixi num. 9.) de facto pro priori natura absolute existens supponitur adquire, atque in suo esse dependere sine repugnantia mutue causalitatis physice manifesta. Confirmatur: quia vtrique repugnantia, non stat in eo quod causa, & effectus per se eo sensu aliqua sint, siue quod effectus essentia sua ab illa vnicè essentialiter dependeat, aut ex accidenti: sed ex eo, quod absolute verè, ac de facto à causa effectus causetur, & dependeat. Alioquin omnis fere effectus natura sua permanens posset suam causam producere, ut calor calorem, atque ignis ignem, &c. à quibus producti ex accidenti fuerit: cum eo sensu, per se, & essentialiter ab his determinatè eorum absoluta existentia non pendeat: siquidem produci ab aliis possent. Secundo: si hæc causis vere talibus de factoque producentibus respectu effectuum repugnet: quia causa, & effectus sunt: nec causis, & effectibus per se, id est essentia sua talibus, repugnare vllatenus suadebitur aut defendes. Tertio, & medium, siue auxilium, à quo actus, siue euentus contingens prouenit, posset ab actu in sui absoluta existentia pendere: siquidem ita essentialis causa eius illud auxilium non est, ut æque ab aliis produci nequeat: Vnde rursus: etiam medium, seu auxilium physica prædeterminatio esset saluari contra hos Recentiores, posset actus libertas: cum prædeterminationis huius absolute positis dependens ab actu libero physice esse posset nec aliam, quam consequentem, necessitatem induceret.

3. Murciani Recentiores ex suo principio, ad decretum comitans concurrendi ad actum determinatè cum creatura voluntate componendum cum huius & actus libertate excogitato, (nempe cum duorum, seu duarum libertatum exercitium ad aliquid absolute liberum apponendum requiritur, feruari in eo apponendo vtriusque, & eius, quod apponitur libertatem, quoties huius conditionalis veritas saluatur: si alter ex parte sua hoc agat, alter ex parte sua, seu, quod ipsius est, ad id agat: Tametsi in alterius potestate non sit actio alterius) præsentis difficultati respondent: feruari libertatem voluntatis & actus proueniens ex medio indifferenti de se absolute, non aliter posito, quam per decretum regulatum per scientiam mediam: quamvis, ut ita ortum: ratione scientiæ mediæ, quæ supponitur

cum omissione actus sit impossibile, nec scientia mediæ, ac decreti illius præcedentium absoluta positio, & præcessio ab eius actus positione, & libero voluntatis exercitio in eius appositione pendeat aut dependeat: quare neque abici, aut impediri, ne pro suo priori suo vel potius fuerit, à libero voluntatis exercitio in suo actu edendo valeat, neque, ut suo loco, & signo præri fuerit, adquire: etenim, etsi hæc ita sint, cum conditionis, seu medij ex hoc, vel illo decreto, hæc vel illa scientia regulato purificatione, & absolute appositione, penes creaturam voluntatem non est sed penes diuinam coniunctam cum creatura in actus productione, & requiruntur, ut suam voluntas creata exerceat prædeterminationem: ut suam voluntas exerceat satis citè: si Deus, quod ex parte sua est præter, nempe medium illud indifferens (quod de facto ex decreto regulato per scientiam mediam solummodo ac non aliter, siue per nullum aliud decretum aliunde regulatum in suo absoluto esse actuali, & existentia apponitur) absolute per aliud medium regulatum per scientiam simpliciter intelligatur, vel conditionatam aliam quampiam, pro casu omissionis apponere. Hoc enim satis habetur ad veritatem conditionalis illius. Si alter ex parte sua agat: quod per ipsum est, alter etiam, quod per ipsum est, seu ex parte sua est ad id ipsum agat: quo solo virtute exercitio circa id ipsum libertas abunde saluatur. Video cognitionem hanc ingenuos alios Recentiores placuisse. Nobis autem, qui sincerius veritatem quærimus, nec per ambages adendum putamus: nec multis discolorum machinis, sed quam possunt paucissimis inueniendis, aliisque tradendum putamus, principium illud ad sensum, & intentum vtrumque Recentiorum illorum nequam non displicuit: & quod ad concordandum restat in actu hoc determinatè exercendam libertatem cum decreto Dei comitanti concurrendi ad eundem actum determinatè inuicem, & repugnantem ostendit tom. 1. de Deo vno controu. d. 3. q. 3. decretum hoc remittens determinationem voluntatis creatæ multo ex capite quovis modo adstruat confutatur: quæ, quoad hoc impugnationibus superfludum necesse nunc erit.

4. Quatenus verò ad præsentem attinet, facile ingenuatur discursus: quoties enim effectus indifferens ab exercitio duplicis libertatis duorum ad illum absolute ponendum pendet, necesse est, ut de facto absolute illud apponatur ab vtroque quod ex parte ipsius, seu per ipsum est de facto apponi: maxime, cum exercitium liberum ex parte vnius pro natura priori ad exercitium, & potestatem liberam alterius requiritur, quandoque illud exercitio alterius absolute non est huius non est extremum libera absolute potestas: ergo satis non est, quod alter agat conditionatè, quod ex parte ipsius est, si alter, quod ex parte sui est, egerit: ut huius alterius tenetur absoluta libertas: sed oportet ut vterque quod ex parte ipsius est, absolute faciat. Atqui per hoc non potest de facto, & absolute ex parte Dei; quod ex parte ipsius apponi necessario absolute debet, ad omissionem actus, & sine quo ommissio illius est absolute alteri voluntati creatæ antecedenter impossibilis, etiam conditionatè in casu omissionis apponendum verificetur: ergo non potest de facto absolute libertas in actu primo, seu potestas eius ad actum, vel eius omissionem: quare neque actus libertas de facto à voluntate efficiendi. Maior tamen ueritas est certa: & cum vnius exercitium liberum antecedenter, & pro natura priori requiritur ad libertatem alterius in actu primo, & liberum subinde exercitium alterius est potestatis libertas quæ post se requiritur omnino ad operandum potestatis libertas quæ post se requiritur iuxta quam potestatem potest operari, vel non operari: iuxta quam potestatem omnia requisita ad operandum, & non operandum, absolute, & de facto sunt, ut operari, vel non operari pro libero in actu primo absolute, & de facto causa liberæ potestatis: quare, non posito absolute vno ex requisitis alterutrum deficit plena, & absolute ad vtrumque potestatis. Hinc contra necessitatem decreti prædeterminationis & prædeterminationis à nostris Doctoribus inferentis, prædeterminationis physice auxilium sufficiens, & potestatem liberam ad vtrumque adesse non possit.

5. Minor est aduersariorum: qui plane facienter

hilum, seu medium de se indifferens, & solum ab extrinseco efficax vnicè à decreto regulato per scientiam medium pendere, & vnicè de facto apponi, cum quo coniuncto non solum potentia absoluta, & de facto non est omittendi, sed est ad omissionem cum eo coniuncto repugnantem, & impossibilem, antecedens absolute, & de facto impotentia, & impossibilitas: ac proinde solum admittunt conditionatum, necdum absolutum, decretum, quod esset, si voluntas omitteret ex alia scientia regulatum, quo auxilium, seu medium illud absolute poneretur: & cum quo esset absoluta omittendi potestas, quæ planè cum coniuncto auxilij, vnicè ex decreto per scientiam medium de facto regulato absolute positi, non est. Confirmatur vrgentissimè in schola nostra Thomistica Iesuana (in qua disputamus) cuius argumenta omnia enumerantur, si potestas libera absolute, & proximè talis sufficienter constituitur ex potestate absoluta ad vnum tantum extremum, & potestate conditionata ad aliud, si hoc aliud seu casu, quo hoc aliud adesset, etiam de facto, & absolute non sit: quia, inquit, cum adesset decretum prædeterminatiuum, & prædeterminatio ad actum, si tamen omitteret ex non adesset, sed quod agendum ex parte Dei esset, vt omitteret. Et contra cum absolute his solum ex parte Dei positi omittit, esset tamen, si non omitteret voluntas, sed ageret, decretum prædeterminatiuum, & prædeterminatio ad actum, tamen in potestate voluntatis nostre non sit, quæ à Deo sunt de facto impedire, ne fiat, nec quæ à Deo tunc essent asserere: statetque conditionalis illius Recentiorum veritas, cuius sola veritatem libertatem, & Dei, & nostri in exercitio libertatis circa actus saluari arbitrantur. Quid ergo Recentiores Thomistæ Dominicanos à libertatis euestione, & negatione, ac impossibilitatis auxilij sufficientis impugnant illi Recentiores: quibus, vt se protegent, atque se ipsos tela retorquant, æreum adco principio suo expugnamini.

CERTAMEN V.

Firma præfate difficultatis solutio.

SOLIDA ergo præfate difficultatis solutio, facilis quidem, si doctrina nostra scientiæ mediæ medullis penetratur atque exenteretur, se prodit. Explicui autem nom. I. de Deo vno controu. 2. de scientia, & hic controu. de voluntate d. 6. quæst. 2. penitus soletis, scientiæ mediæ naturam quantum ad difficultates eorum locorum proprias, opus erat, atque opportunum: ex quibus illud ad præsentem difficultatem memorandum est. Connexionem, scilicet, scientiæ mediæ, quasi physicam, intrinsecam, & propriam, etiam cum condicio purificata, atque absolute posita est, ac proinde, & coniuncti ex scientia mediæ, & conditionis purificatiæ constati cum obiecto scientiæ mediæ tantummodo esse: sicuti, & cuiusvis scientiæ de re quapiam, pro quocunque statu per illam representato, connexio intrinseca cum re illa pro eo solum statu, pro quo illam representat est, etique solummodo potest: etiam si illi extrinsecus, quicquid velis adiungatur: siquidem nihil alicui rei extrinsecus adueniens, & adiunctum potest intrinsecam cum alio connexionem, quam de se res non habebat asfigere, & asserere. Sicuti nec potest naturam, & essentiam rei mutare, quod ei extrinsecus solum adiunctum est: immò nec res ipsa eadem in natura, & essentia sua manere, si alicuius adiuncti extrinseci, vel etiam intrinseci: accessu intrinseco eius naturæ diceretur: de eadem enim natura secundum entitatem, & essentiam suam connexionem habere, ac simul non habere cum alio manifestam contradictionem inuoluit: verum quidem est; rem de se cum aliquo intrinsece naturæ, & entitatis sui non connexionem per aliquid intrin-

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus II.

secè inherens, vel etiam extrinsecus adiunctum, ad vnum determinate agi & adigi, posse actiue, vel impeditiue: vt physica prædeterminatione à Deo immixta voluntati, vel decreto prædeterminatio, aut præfinitione actus contrarij, vel de omissione illius extrinsecus assilente voluntati fiet voluntatis, quamvis intrinsecus & natura sua indifferenti, & inconnexa, vel actus vel eius omisso necessaria, & extremum alterutrum impossibile: quare in coniuncto ex voluntate, & adiuncto erit alterius extremi physica & antecedens necessitas, & impotentia, seu impossibilitas antecedens physicè extrema aduersi.

2. Sed tamen opus ad id est vt physica necessitas determinatio, & connexio cum extremo altero, ac subinde alterius oppositi impotentia absoluta, physicaque, & antecedens impossibilitas, & impossibilitas coniuncti huius cum extremo aduerso tota ab adiuncto voluntati, seu rei de se inconnexa cum extremo altero, atque cum alterutro componibili toti illi coniuncto afferatur, quia voluntas, seu res de se indifferens ad vtrumvis, & inconnexa cum altero extremo aliquid de suo ad antecedentem necessitatem, & connexionem coniuncti illius cum extremo vno, & impotentiam, seu impossibilitatem cum altero aduerso conferat de suo, sed ab adiuncto extrinseco, siue ipsi indito, siue assilente, cum quo coniunctum illud cum altero extremo antecederet connexionem, & cum aduerso pugnantem constituit, solummodo patitur. Notum & exemplis adductis physica prædeterminationis, & decreti prædeterminatiui, seu præfinitionis actus, vel omissionis determinatæ componentis, seu constantis coniunctum voluntatis, & prædeterminationis, seu decreti, aut præfinitionis alterius extremi ex oppositis, in quo absoluta, & antecedens necessitas extremi vnius, & impotentia, ac impossibilitas extremi aduersi tota, penes physicam prædeterminationem, decretum prædeterminatiuum, seu præfinitionem vnius extremi, ipsique intrinseca, & essentialis est, totaque ab eis coniuncto illi afferatur: quia ad eam antecedentem necessitatem coniuncti illius ad vnum extremum, & connexionem, atque impotentiam ad oppositum, & cum ipso impossibilitatem aliquid de suo partialiter adhuc, ex parte sua, reliquum quod de se in coniuncto illo indifferens est, adducat, & conferat. Si enim physica prædeterminatio, vel decretum, aut præfinitio alterius extremi, cum quibus voluntas coniunctum illud natura ad extremum illud antecedens constet, connexa cum extremo illo natura, & essentia sua non essent, & cum opposito extremo inconnexa, in coniuncto illo, nec esset antecedens necessitas ad illud, nec ad oppositum antecedens impotentia, & impossibilitas. Ex terminis item ipsis euidens hoc ipsum notatum est: quia cum coniunctum quodvis nihil aliud sit, aut contineat, quam partes, quibus constat, si partes eius omnes indifferentes in se ad vtrumque extremum sunt, nullaque earum cum altero extremo antecederet connexa, & cum opposito inconnexa, coniunctum totum indifferens physicè ad vtrumvis erit, nec ad alterum necessitatem antecedentem, ad alterum vero oppositum impotentiam, & impossibilitatem physicè, & realiter continebit. Maxime in præfinita materia, in qua vim motumque medij indifferens, nec adiuvat scientia mediæ, nec immutat, sed omnino se impertinenter habet ad ipsam, vt dicebam controuersia de voluntate d. 6. quæstione 2. Si quidem medium illud indifferens, & quauis alia scientia conferretur, eadem vi, & modo ad actum moueret.

3. Ex his porro notatis duobus certis, & euiden-
tibus duo ad rem præsentem, euidenter etiam inferuntur. Primum scientiam mediæque (quæ vtpote decreti vnicè electiui, & collatiui directiua) absolute medij de se indifferens, solumque ab extrinsecus efficax ad actum creatum, seu euentum contingentem pro naturæ prioris ad actum seu præcedit conditionis purificatione seu (quod idem est) medij illius absoluta positione, intrinsecus, & natura sua absolute cum absolute futuro contingentem actu vel euentu physicè non connecti, cum quo ante purificationem conditionis seu medij illius absolutam positionem non connectebatur, sed solum cum eo, vt conditionate futuro, sed quod

MM quod